

## Liber secundus

**S**unt que reperiuntur. ] Alia consideratio est quod sunt quedam verba que tamen in compositione reperiuntur. ut appello appellas: et compello compellas a pello pellas componuntur: quod verbum non est in usu: et eodem modo de reliquis verbis que hic explicantur.

**Dic mihi quam artem profiteris.** Postea quam libris superioribus instituti sunt a nobis pueri in declinatione nominis et verbi: in

qua velut in quibusdam cardinibus tota prope res litteraria versat iam paulatim quasi manu ducendi sunt per omnes artes grammaticae partes: ut a preceptoribus interrogati sciatur respondere quid de quaque re sentiatur. Nam et hoc contra dialogorum rationem fecimus: in quibus rerum de quibus disputatur: minus eruditi doctiores interrogare consueverunt illisque assentiunt: nos vero preceptorum inducimus percontantem quid de interrogatis discipulus sentiat. Tum quod illud ipsum Quintilianus oratoriarum institutionum libro primo iubet preceptores facere: ut crebro pueros interrogent ipsi de rebus: crebrasque ab illis operas exigant: tum quod in hac re longe difficilius est interrogare quam respondere. tum etiam quod per uectores iam aliqui discipulos interrogamus. Dicit igitur preceptor discipulum interrogans quam artem profiteris. id est discis. Nam si ad preceptorum referas: profiteri est docere si ad discipulum est discere. Cui discipulus respondet grammaticam subaudi profiteor. Et eadem ratione sunt iterrogata: et responsa que sequuntur.

**Quid est grammatica?** ] Questio an aliqua res sit que admodum inquit Aristoteles: reliquas omnes questiones precedere

*Aristotel.*

*Quintil.*

deberet: sequens vero est quod res est. Sed quod nemo est. ] Ut Quintilianus de rhetorica ait. Dadeo non ab eruditione inchoat sed ab hominis sensu remoratur: ut fabricandi et texendi et e luto vasa fingendi artem putet grammaticam vero existimet sine arte venire posse. Reliqua ex illa questione quod sit grammatica. que quod de substantia grammaticae inquit: diffinitione demonstrandum est: quod quod. Grammatica est scientia recte loquendi: et quod Quintilianus ait scribendi ratio cum loquendo coniuncta est: ut rem magis explicaret: subluxit. recteque scribendi. Ex doctissimorum virorum usu. hanc adiecit ad illorum temeritatem coarguendam: que putat in hoc aliud esse artem: aliud usum consuetudinemque. Dicunt enim aliquid ex arte posse dici: quod usus reformidat. Atque e diuerso aliquid ex usu posse dici: quod ars repudiet. Nos tamen asseueramus nil posse dici ex arte: quod usu probari non possit. Non enim ut Quintilianus ait: cum primum fingerent homines analogia missa celo formam loquendi dedit: sed inuenta est postquam loquebantur: et notatum in sermone quod quoque modo caderet: itaque non ratione nititur: sed exemplo. An propterea homo fecit in genere hominis: quod nos ita dicere ars docuit an potius? In arte reductum est quod usus frequentior doctissimorum in sermone latino virorum hoc habet. Nam quo tempore Ennius poeta dixit. Vulturis in filius miserum mandebat hominem ne quis putet ex arte fuisse dictum: tam usus fuit illius seculo dicere homo hominis: quam nostro homo hominis: sed

*Quintil.*

*Ennius.*

facior. eris. Perficio proficis. habet perficio. eris. et versifico. aris. quod est deponens.

**S**unt que reperiuntur tamen in compositione. ut Pello pellas. appello. as. compello. as. Clino. as. inclino. as. reclino. as. declino. as. Luso. as. accuso as. recuso. as. incuso. as. Sipo. as. dissipio. as. Frigero. eras. refrigero. eras. Frago. aris. refrago. aris. suffrago. aris. Pleo ples. impleo imples. compleo coples. depleo deples. Leo les. deleo deles. releo reles. Spicio. is. despicio. is. conspicio. cis. respicio. cis. Licio licis. elicio elicis. pellicio pellicis. allicio. is. illicio. is. Fendo. dis. offendo. dis. defendo. is. pedio. is. impedio. is. copedio. is. propedio. is. **Helij Antonij Hebriffensis grammatici introductionum latinarum liber tertius: qui est de erotymatis: hoc est interrogationibus: quibus pueri de omnibus grammaticae partibus interrogandi sunt. De erotymatis grammaticae. Cap. I.**



**H**c mihi quam artes profiteris grammaticam. Quid est grammatica. Scientia recte loquendi recteque scribendi ex doctissimorum virorum usu atque auctoritate collecta.